

---

LECTOR BENEVOLE!

MOSEN MENDELSSOHN, genere  
Hebraeum, nunc temporis Beroli-  
ni, Borussiae metropoli, degentem,  
aetate nostra inter primi subsellii  
Philosophos locum obtinere is so-  
lum in dubium vocaverit, qui scri-  
pta ejus Philosophica aut non legit,

A 2

aut

---

---

aut non intellexit. Germaniam uni-versam, Angliam, Hollandiam, Gal-liam, testes appello.

Ab eo inde tempore, quo me-dio critas mea cum Magna immor-talis hujus Viri Anima arctiori coe-pit jungi consuetudine, major me-tanti Philosophi tenet reverentia, quam ut eum non nisi per Eruditos Teutonici idiomatis gñaros intelli-gi paterer, neque quibusvis universi-eruditii Orbis Viris legendum siste-rem. Quid porro causae subsit, cur in traducendo non eundem, quem editio germanica tenuit, ipse quo-

que

que fecutus sim ordinem , paucis  
hisce tibi palam factum volebam :

Editio germanica duos nonnisi  
eiusdem operum silit tomos , qui-  
bus titulus : Moses Mendelssohns  
*philosophische Schriften*, inscribitur.  
Prodiit in lucem eiusdem Autoris  
liber singularis hisce *Scriptis Phi-  
losophicis* neutiquam insertus , cui  
titulus germanicus *Phaedon* , five  
de *Immortalitate Animae* , praefigi-  
tur. Manuscriptum ejus germani-  
cum de *Immaterialitate Animae* ,  
nuspian adhuc locorum typis ex-  
cusum prae manibus habeo. Ad haec

---

celeberrimum ejusdem Opus germanicum, pro quo propositum ab Academia Berolinensi Praemium accepérat, *de Evidentia in rebus Metaphysicis*; atque alia quoque ejus Opuscula partim manuscripta, partim diversis Eruditorum Actis inserita; uti et commercium litterarum cum Viris eruditis, quorum difficultates circa diversas materias egrégie resolvebat; haec omnia Orbi Erudito, sermone cuivis Eruditorum usitato, non proponere, pro ea, qua in immortalem hunc Virum feror, observantia religioni mihi eram ducturus. Qua de causa non abs

re

---

re facturum me judicabam, si ope-  
ra ejus omnia in plures, eosque mi-  
nores tomulos divisa repetitis siste-  
rem vicibus; ut sic et eamentium con-  
sulerem loculis, et varietatis gra-  
tiam legentium animis tanto redde-  
rem suauiores.

Siquid mediocritatis meae us-  
piam adnexum repereris, non illud  
vulgaris aurae captandae gratia per  
me factum putas, velim. Dabis id  
potius meo in Philosophicis ardori,  
cui vix ullus unquam temperaverit,  
qui in tantam, quanta MENDELS-  
SOHNI Mens est, sublimitatum sca-

---

turiginem offendendi na<sup>c</sup>tus fuerit  
opportunitatem.

Aequi interim, bonique consu-  
le meam, si non in traducendo exa-  
ctitudinem, benevolam saltem omne  
*Bonum meae cumprimis Patriae*  
*Filiis communicandi promptitudi-*  
*nem; et Vale!*

J. G.

DE